

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mulier d
cum fonte primo

Grauem inimicum sortita est castitas cui
non solum resistendum, sed dimisso
freno longius fugiendum, nec eo minus
timende sunt quia religiose
uidentur, quia quanto religiosiores tanto
cicuius alliciunt, et
sub pretexto pietatis latet
uisus libidinis. Experto
crede; episcopus loquor coram
Deo non mentior:
cedros Libani, duces
gregum

sub hac peste cecidisse reperi, de
quorum casu non magis suspicabar
quam Ambrosii uel Ieronimi
impudica turpitudine.

Augustinus de cohabitatione clericorum
et mulierum.

[“grauem...religiose”: locus nondum
inuentus]

Quanto religiosiores uidentur, tanto
citius alliciunt, et
sub habitu sanctitatis et pietatis latet
venenum libidinis. Experto, Fratres mei,
credite. Episcopus loquor coram
Deo, et novi quia non mentior:
longas cedros Libani, magnos duces
gregum famosissimosque, omni
sanctitate ornatos,
sub hac peste cecidisse conspexi; de
quorum casu non magis suspicabar,
quam de Ambrosii vel Hieronymi
impudica turpitudine.

Augustinus (pseudo) Belgicus, *Sermo de
assumptione Beatae Mariae Virginis*, 6
(PNB 1, A. Mai ed., p.454).